



Ms. 448.



13.

LECTOREM BENEVOLVM
AD
AVDIENDAM ORATIONEM
DE
NORIMBERGA
A
LOTHARIO IMPERATORE
ANTE HOS SEXCENTOS ANNOS
IMPERIO VINDICATA
RITE INVITAT
ET
HIS SCHEDIS
STEMMA
RICHENZAE AVGVSTAE
VXORIS LOTHARII IMP.

PROPONIT
CHRISTIANVS GOTLIB. SCHVVARZIVS
COM. PAL. CAES. PROF. PVBL. ET H. T.
RECTOR HVIVS ACADEMIAE.

ALTORFII
TYPIS IODOCI GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.
(N. XVI.)

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

LECTOREM BENEVOLEM

AD

ADBIENDAM ORATIONEM

DE

NORIMBERGA

LOTHARII ERATORIS

ANTE HOS SEXCENTOS ANNOS

IMPERIO VINDICATA

ET

ET

MIS. SCHNEIDER

ST. E. M. M. A.

RICHENZAE AVGVSTAE

VXORIS LOTHARII IMP.

ERONONIT

CHRISTIANVS GOTLIB. SCHWARZIVS

COM. PAL. CAES. P. BOE. P. H. P.

LECTOR. HALLAE. ACADEMIAE.

HALLE

MDCCCLXXXIII. CALE. KORBENII ACAD. TYPOG.

(M. XXXI)





ENRICO V, Imperatore, rebus humanis erepto, dici non potest, quanta de summo imperii fastigio extiterit contentio. Nulla prole relicta, exceſſerat Henricus: ſupererant eius ex ſore nepotes, Conradus et Fridericus, fratres, ille Dux Franconiae, hic Sueviae: quorum alteruter, quaſi cognationis et hereditatis iure, in locum auunculi ſui ſurrogari cupiebat. Et quamquam, commemorante Ottone Friſingenti, *Libr. I Geſtor. Friderici I, cap. 15*, a morte Henrici V, inſignia Imperii aliquantisper teneret Mathildis, uida Imperatrix; facile tamen credimus Conrado Vrſpergenſi, *ad 1126, pag. 274*, tradenti, eam ſupelleſtilem auguſtam, uel omnem, uel ex parte, tanquam ad eundi faſtigii auctora mentum, forte ab Imperatrice in poſtſtatem Ducum illorum perueniſſe. Id quod, praeter alios, confirmat Albertus Stadentiſ, ad eundem A. 1126. *Fridericus, inquit, Dux Sueviae, poſt mortem Henrici, auunculi ſui, accepit Regalia, certiffimus, quod a Principibus eligeretur.* Imo, teſte ipſo laudato Ottone Friſingenti, *Libr. VII Chron. cap. 17*, CONRADVS a Fratre, ac quibusdam aliis, iam Rex fuit creatus. Quo nomine, ut alias praecipuas imperii urbes, ita cum primis Norimbergam, praecoſcuparant, praefidiis que munierant, iſti fratres Duces. Verum, qui plurium omnino ſuffragiis Imperator electus erat, LOTHARIVS Supplenburgentiſ originis, nihil reliqui faciebat, quo fratrum iſtorum conatus ſupprimeret, eos que a poſſeſſione urbium caſtrorum que imperia- lium deiiceret. Hinc et A. 1127 Norimbergam, tanquam inſigne illud Imperii ornamentum, Ducibus iſtis adimere ſategit. Et quamquam eo tempore infectis rebus diſcedere neceſſe haberet; non ita diu poſt tamen rem fortius ualidius que aggreſſus eſt, adeoque et ipſam Norimbergam Imperio quaſi poſtliminio uindicauiſit.

Longum foret, omnium scriptorum, qui eam rem memoriae prodiderunt, testimonia excitare; quae et alibi iam magnam partem a nobis sunt exposita. Rem uero strictè et uelut in compendio attigit Chronographus Saxo. Ad annum enim 1127: LVITGERVS, inquit, Rex, obsedit NVRENBERCH, cum Duce Boemico, et non potuit debellare munitionem; quae tamen postea ei tradita est. Similiter auctor Chronici Bigaugiensis, inter Hofmanni scriptores rerum Lusatiae, P. III, pag. 124: Anno MCXXVII Rex CASTRVM obsidet NVRNBERCH, habens secum Ducem et exercitum Bohemorum. Rex inde per CONRADVM, fratrem Friderici, fugatur, Conradus uero inflatus EX HOC NOMEN SIBI REGIVM adsumsit. At de traditione Norimbergae scribit *Analista Saxo*, ad A. 1130: Rex Lotharius, NVRENBERCH, urbem munitissimam, quam superiori anno obsederat, in deditio-nem accepit. Ne quis uero opinetur, Norimbergam tunc non imperio fuisse restitutam, sed in Lotharii proprietatem uenisse; commodum nobis succurrit *Chronicon Riddageshusanum*, ubi ad A. 1132 haec legimus: NVREMBERG IMPERIO subiicitur. Sed dum cetera relinquo edifferenda Iuueni erudito de hoc argumento publice dicturo; nescio, quomodo mihi in mentem uenerit, originem ac progeniem RICHENZAE, Augustae, uxoris LOTHARII Imperatoris, excutere. Cuius Augustae, ex stirpe *Comitum Northimensium* prognatae, nomen, et *Richensen*, et *Rychyza*, et *Rixa*, et *Righzem*, aliterue, scribitur, ac, quod Leibnitius censuit, a nomine *Reginae* descendit. Eius adeo *Stemma* nunc in Tabula propono; cum ad illustrandam illius aevi historiam non parum facere posse uideatur. Ne quid uero gratis et sine auctoritate afferam; ueterum scriptorum testimonia quaedam huc pertinentia subiicio; quibus, ut chartae parcam, praemitto saltem partem Diplomatis, quantum mihi constat, nondum editi; quod uir celeberrimus, D. POLYCARPVS LEYSERVS, Historiarum et Poeseos Professor Helmsta-dien-sis,

diensis, ex supellectile Sagittariana nobiscum humanissime communicauit:

a) *In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. SIFFRIDVS COMES DE BONMENEVRCH. Immensam eterni Regis, per quem Reges et principes regnant, sacra spiritualium uirorum exhortatione considerantes clementiam, ex ipsorum salutaris doctrina elegimus in corde nostro cultum diuine religionis ex potestate seculari, qua uigemus, nec non de bonis nostris, ad formam nobilium progenitorum nostrorum, amplificare, ut, dimissa in hoc seculo hereditate transitoria, post huius carnis interitum, perueniamus ad illam perpetue felicitatis hereditatem electorum Dei. Nouerit ergo tam futurorum quam presencium Christi et Ecclesie fidelium uniuersitas, quod nos sublimium progenitorum nostrorum pie memorie, OTTONIS Magni, Ducis, Aui nostri, Illustris quoque Comitissæ SIGEFRIIDI, patris nostri, HENRICI Marchionis, CVNONIS Comitissæ DE BICHELING, quos natura Patruos nobis constituit, uestigia sequentes, Cenobium in Northeym, quod ipsum primum de sua fundauerunt hereditate, nos idem iure hereditario ipsis succedentes Domino Jesu Christo, et S. Marie, ac S. Martiri Blasio, pro remedio anime nostre, nec non eorundem progenitorum nostrorum, cum omnibus, que uel nunc possidet, uel futuris temporibus possidebit, in simplicitate cordis offerimus, et Monastice religioni in perpetuum dicamus, statuentes eiusdem ecclesie fratribus irrefragabili iure firmam ac liberam Abbatis sui electionem. — — . Ut autem hec rata et inconuulsa permaneant, presens testamentum scribi fecimus, sigilli nostri impressione, testibus annotatis, roborari atque insigniri iussimus. Testes hi sunt: Wermundus eiusdem Ecclesie Abbas, Baldeuinus Prepositus in Heyligenstadt, Henricus de Eschenwege, curie nostre notarius; Laici: Comes SAZO de Kerwenberch, Comes Otto, Comes Ernestus, Comes Hermannus, Bertholdus de Homborch, Ernestus de Uslare, Altmarus de Bonmeneburch, Conradus senior et filius eius Conradus. de curia nostra: Gerlagus miles, Bodo et frater eius Burchardus, Wickerus et Eppo fratres, et alii quamplures.*

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M. C. XLI. Indictione IV. Regnante Rege Conrado huius nominis III. anno Regni eius quarto. Data Bonneneburch VI. Id. Nouembris.

- b) Annalista Saxo, (apud Dn. ab Eccard, *T. II corporis historici*, p. 563) ad A. 1083: OTTO de Northeim, uir prudens et nobilis, Dux quondam Bauariae, sed per Henricum Regem iniuste deiectus, defunctus est III Idus Ianuar. Huius auus fuit SIGEFRIDVS, Comes de Northeim, qui genuit ex Comitissa MACHTILDE SIGEFRIDVM, interfectorem magni illius Ekkehardi, Marchionis, et BENNONEM, qui ex Comitissa EILICA genuit hunc, de quo loquimur, OTTONEM. Reliquit et ipse filios ac filias, quos ei RICHEZA ductrix genuit.
- c) Ditmarus Merseburgensis, *Libr. V*, apud Leibnitium, pag. 366: Cum (Ekkehardus Marchio) ad Northeim, SIGEFRIDI Comitis curtem, ueniret, diligenter susceptus est, atque, ut ibi pernoctare uellet, rogatur. Intimauerat huic occulte Domina ETHELIND, Comitissa, quod (priuigni sui) SIGEFRIDVS et BENNO, senioris (i. e. mariti) suimet filii, confratribus Henrico et Vdone, aliisque conspiratoribus suis, de nece sua positis tractarent insidiis.

Annalista Saxo, ad A. 1057, pag. 490; Pollebat his temporibus in Saxonia OTTO, Dux de Northeim, genere Saxo; Dux autem Bauariae: uir amplissimae nobilitatis, filius BENNONIS de Northeim; cuius frater, nomine SIGEFRIDVS, cum Henrico et Vdone fratribus de Catelenburch, Ekkihardum, Marchionem, Guntharii filium, interfecit.

Chronicon uetus Ducum Brunswicens. apud Leibnitium, *T. II*, pag. 14: SIFRIDVS et BENNO, filii Comitis SIFRIDI de Bommenborch, cum Comite Thiderico de Katelingeborch, ipsum Ekkehardum ibidem in Poleda occiderunt. Conf. Engelhusius: in *Chron.* ad A. 1057; apud Leibnitium, *T. II*, p. 1088.

- d) Albertus Stadenfis, pag. 246, sequi OTTO, Saxo genere, quem Caesar Ducatu priuauerat, — obiit. Hic sepul-
- tus

tus est Northem, et habuit tres filios: HENRICVM Crassum, qui fuit Landgravius, pater RIKENZEN, Imperatricis, qui occisus est Norden in Frisia, et CONONEM, Comitem de Bichelinc, qui etiam occisus est; et SIFRIDVM de Bomeneburgh, patrem iunioris SIFRIDI. Habuit etiam IV filias: quarum una Mater fuit CONRADI de Wittin, Marchionis; secunda, mater FREDERICI, Comitis de Arnsberch. — — . Tertia fuit uxor HERMANNI de Caluela, quae genuit OTTONEM et HENRICVM, Comites de Ravensberch. Quartam deduxit quidam Seruus.

e) Annalista Saxo, ad A. 1062, pag. 493: Otto de Orlagemunde, Marchio Thuringiae, habuit uxorem ADELAM de Brabantia, ex Castello, quod Louene dicitur; quae ei peperit tres filias: Odam, CVNIGVNDAM, Adelheidam. Odam, accepit Ecbertus Marchio iunior de Brunefwic, et haec sine liberis obiit. CVNIGVNDAM nupsit Regi Ruzorum, genuitque filiam, quam nobilis quidam de Thuringia, Guntherus nomine, accepit, genuitque ex illa SIZONEM, Comitem, post cuius mortem reuersa in patriam coniuncta est CONONI, Comiti de Bichlingge, filio Ducis OTTONIS de Northem, genuitque illi QVATVOR FILIAS: quo item defuncto VVIPERTVS Senior, terrius (maritimus) eam desponsauit. Adelheidis uero coniuncta fuit Adelberto, Comiti de Ballenstide. etc.

f) Annalista Saxo, pag. 599, ad A. 1103: CONO, filius OTTONIS, Ducis quondam Bauariae, frater HENRICI Crassi, unus ex summis Principibus, et cui nihil supra in omnium humanarum dignitate, — interimitur. Habuit uxorem nomine CVNIGVNDAM, filiam Ottonis, Marchionis de Orlagemunde. Haec primum nupsit Regi de Ruzia; quo defuncto, reuersa in patriam, nupsit huic CONONI: filiam autem eius, quam habuit ex Rege Ruzorum, quidam de Principibus Thuringorum, Gunterus nomine, accepit, genuitque ex illa Sizonem Comitem. Genuit posthaec ex CONONE Comite QVATVOR filias: ex quibus unam accepit HENRICVS, Comes

Comes de Siutphe (Zutphania.) alteram VVILHELMVS, Comes de Liclenburch; tertiam, quae ADELA dicebatur, THIEDERICVS, Comes de Katelenburch; sed illo defuncto, HELPERICVS de Plozeke duxit eam, peperitque illi CONRADVM et BERNHARDVM. Quarta CVNIGVND, nominata sicut mater, nupsit VVIPERTO iuniori; quo defuncto, accepit eam THEIPROLDVS, Marchio de Bauaria. Senior autem VVIPERTVS desponsauit matrem illarum tertius.

Confer Auctor Vitae Viperti, Comitis Groizensis, cap. IX, et Chronicon. Bigaugiense, ad A. IIIIO. pag. 122.

- g) Albertus Stadenfis ad A. 1103, p. 146: CHONO, filius OTTONIS Ducis, frater HENRICI Crassi, noctu a quibusdam funestis interimitur.
- b) Chronicon uetus Ducum Brunsvic. apud Leibnitium, T. II p. 16: GERTRVDIS (filia Ecberti Marchionis) nupsit Comiti HENRICO, qui PINGVIS dicebatur, qui fuit filius OTTONIS de Northeim, Ducis quondam Saxoniae, et erat de progenie SIFRIDI, Comitis de Bernsborch (Bommensborch, siue Boehmersburg) cuius filii Ekkehardum, Marchionem, in Poleda occiderunt. GERTRVDIS de HENRICO genuit RIKYSAM, quae tradita est LVDERO, qui fuit filius Comitis Gheuehardi de Supelingheborch. — — . Hic GERTRVDEM, filiam suam ex RIKIZA, HENRICO, Duci Bauariae, dedit; cui et Ducatum Saxoniae contulit tunc uacantem. etc.

Diploma Rothardi, Archiepiscopi Moguntini, de A. 1093, apud Leuckfeldium, in Antiquitatibus Bursfeldensibus, pag. 6: Omnium itaque fidelium tam praesentium quam futurorum pateat industriae, qualiter gloriosus Comes, HENRICVS, filius OTTONIS Ducis, eiusque inclita coniux, GERTRVDIS, filia Ekkeberti Marchionis, pro animae suae remedio, haeredum suorum consensu, fundauerunt monasterium in ripa Wirrae fluminis, in uilla, quae Mimende uocatur. etc. In quo Diplomate etiam SIFRIDI et CVNONIS, Fratrum

trum HENRICI, fit mentio. Conf. Auctor *Relationis de s. Autore*, apud Leibnitium, *T. I*, pag. 701.

Ipsè Lotharius Imperator, in *litteris anno 1134 datis pro Monasterio S. Aegidii Brunsvicensis*, quas Rethmeierus, *T. I Antiquit. Brunsvic. Eccles. in addit.* p. 32, et ex eo Dn. Eccardus, in *origin. Anhaltinis*, p. 559, exhibent Saxonice uersas, dicit, GERTRVDEM, uxoris suae matrem, uaria bona contulisse Ecclesiae S. Aegidii *mit volborn örher Erven, nömliken Ottonis öres sonen, und ihrer Dochter RIKEN-SEN, unser Husfrucken, und GERTRVDIS Palandes Gräwinne by dem Rhine*. Browerus, *Annal. Treuir. T. II*, pag. II, et Dn. Eccardus, *l. c.* pag. 507, Gertrudis huius maritum nominant Sigfridum, Comitem Palatinum Rheni. Alii appellant Conradum, etc. Conf. Leibnitius, *T. III rer. Brunsvic.* p. 42. et Leuckfeldii *Antiquit. Bursfeldenses*, p. 14.

i) *Chronicon Montis Sereni*, pag. 33, ad A. 1127: HENRICVS, Dux Bauarorum, GERTRVDEM, filiam LVDERI (Lotharii) Regis, duxit uxorem. Conf. Conradus Vrspergensis, pag. 276.

Diploma Henrici Leonis apud Leuckfeldium, in *Antiquitatibus Katlenburgensibus*, pag. 18: In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis. HENRICVS, Dei gratia Dux Bauariae et Saxoniae, filius HENRICI, Ducis Bauariae et Saxoniae, et coniectalis eius, GERTRVDIS, filiae LOTHARII Imperatoris, et RICHENSAE Imperatricis, etc.

Conradus Vrspergensis, pag. 274: LOTHARIVS uero FILIAM suam, GERTVDIM, VNICAM, quam habebat, dederat uxorem HENRICO, Duci Bauariorum, fratri Welphonis nouissimo, etc. Conf. *Annalista Saxo*, ad A. 1127.

k) Appendix *Chronici Montis Sereni*, apud Hofmannum, pag. 105: THIEMO, Comes, duxit uxorem IDAM, filiam OTTONIS, Ducis de Northeim, genuitque ex ea DEDONEM Comitem, et CONRADVM, et filiam, nomine MATHILDAM, quam GERO, Comes de Bauaria, accepit uxorem; genuitque ex ea Wichmannum, Archiepiscopum (Magdebur-

B

gen-

genssem) et Conradum. Illoque defuncto, accepit eam LV-
DEVICVS, Comes de Bavaria. etc.

Eadem Appendix, p. 106: DEDO, filius THIMONIS,
duxit uxorem BERTHAM, filiam VVIPERTI de Groitz,
genuitque ex ea filiam, nomine Machtildem, quae nupsit Co-
miti Rabadoni, Bambergensi Aduocato.

- l) *Annalista Saxo*, pag. 562, ad A. 1082: RODVLPHVS, Co-
mes natus de Westphalia, ex loco, qui dicitur Werla. — ge-
nuit filium, nomine HERIMANNVM, qui duxit RICHEN-
ZAM, genuitque ex illa praedictam ODAM (uxorem
Vdonis senioris, Marchionis Saxoniae, A. 1082 de-
functi) — — . Matrem autem praedictae Odae, post obi-
tum Comitis Herimanni, duxerat uxorem OTTO de NORT-
HEIM, quondam Dux; genuitque ex ea praeclarissimos uiros,
HENRICVM Crassum, Comitem, patrem RICHINZAE Im-
peratricis, et GERTRVTIS, Palatinae Comitissae; et Comi-
tem SIFRIDVM de Bonnenburch, et CONONEM, Comitem
de BICHLINGE; et tres filias; ex quibus unam, nomine
ETHELINDAM, accepit VVELPHO, Dux Bauariae; et post-
quam eam repudiauit, duxit eam HERIMANNVS, Comes de
Caluerla, genuitque illi HERIMANNVM Comitem. Tertiam
uero duxit CONRADVS, Comes de Arnesberge, genuitque
ex ea Fridericum Comitem.

Chronographus Saxo, ad A. 1111, pag. 282: Oda,
Marchionissa, obiit. Haec fuit filiastra OTTONIS, Ducis
de Northeim, qui ex matre ipsius, RICHEZA nomine, tres
filios procreauit, et filias tres; ex quibus unam, nomine ETHI-
LINDAM, accepit VVELFVS, Dux Bauariae, et postquam
illam repudiauit, duxit eam HERMANNVS de Caluerla, ge-
nuitque ex illa HERMANNVM Comitem. Secunda, nomine IDA
nupsit THIEMONI, Comiti de VVitin, peperitque illi duos
filios, DEDVM Comitem, et CVNRADVM Marchionem.
Tertiam uero sumpsit CVNRADVS, Comes de Arnesberch, quae dicta
est ** genuitque ex ea Fridericum Comitem.

- m) *Annalista Saxo*, p. 481: HILPERICVS, filius Theodoric, Comitis de
ploecke, duxit uiduam Theodoric, Comitis de Katalenburch, no-
mine

mine ADELAM; quae ei genuit duos filios, Bernhardum Comitem,
et Conradum Marchionem.

Conf. Diploma in Leucfeld. *Antiquit. Katlenb.* p. 22.

u) Chronographus Saxo, ad A. 1144: Rodulfus, Comes de Staden,
interfectus est a Transalbanis Saxonibus. -- -- . SIGFRIDVS, Co-
mes de Bouminburg, etiam obiit, et in ambobus cessauit miserabili-
ter deducta antiquitus prolis successio.

o) Annalista Saxo, ad A. 1101: HENRICVS Crassus, potentissimus Co-
mes Saxoniae, Marchiam Fresiae ab Imperatore in beneficium susce-
pit: qui profectus in Fresiam -- uulneratur a nautis, simul et suffoca-
tur. Uxor autem ipsius GERTRVDIS, soror Ecberti, Marchionis
iunioris, uix enasit. Habuit autem duas filias, RICHENZAM, post-
ea Imperatricem, et GERTRVDEM, Palatinam Comitissam. Huius
tanti uiri, utpote OTTONIS de Northeim, potentissimi quondam Ba-
uariae Ducis, filii, qui nimirum totius Saxoniae principatum secundum
ab Rege gerebat, interitus ab uniuerso regno Teutonico grauiter ferebatur.

Conradus Vrpergensis mortem Henrici huius Crassi refert ad
A. 1103, pag. 185. Chronographus Saxo, ad A. 1102, pag.
279. -- Albertus Stadenfis, ad A. 1101, pag. 146: Conf.
Annales Hildeshemienses, ad eundem annum 1101, apud Leib-
nitium, T. I, pag. 733. Eius Epitaphium refert Leuckfeld.
in *Antiquit. Bursfeld.* pag. 13:

ANNO MCI. IV IDVS APRIL. SEPVLTVS
EST HIC GENEROSVS COMES HENRICVS. FILIVS
OTTHONIS DVCIS. FVNDATOR HVIVS COENOBII.

p) Lambertus Schafnaburgensis, ad A. 1071, pag. 181: VVELF, fi-
lius Azzonis, Marchionis Italarum, Ducatum Batoariae suscepit. Is
filiam OTTONIS, Ducis Baioariorum, uxorem duxerat. -- -- . At
deinde filiam eius (Ottonis) a complexibus suis et thori consortio se-
gregauit, patrique remisit.

q) Historia fundationis monasterii Hacklingensis, apud Becmannum,
Histor. Anhalt. T. III, p. 144: Posthaec HELPERICVS Comes (de
Ploezke) duxit Comitissam ADELAM, et genuit ex ea duos filios,
BERNARDVM et CVNRADVM, cuius nomen est de Sassenblome (flos
Saxoniae) et duas filias, IRMENGARDAM, Abbatissam, et MECH-
TILDEM, Comitissam.

Conf. Diploma Rudolphi, Episcopi Halberstadenfis, de A.
1144, apud Becmannum, T. III, pag. 143.

r) Vetus Chronicon Ducum Brunswicensium, apud Leibnitium,
p. 16: HENRICVS Catulus, gener Regis LVDERII de GERTRUDE,
filia Regis unica, genuit HENRICVM Leonem; qui ex patre duos Du-
catus

catus Bavariae et Saxoniae obtinuit; ex matre proprietatem in Brunsu-
uigh possedit. Conf. Fragmentum Genealogiae Ducum Brunsvic.
apud Leibnitium, pag. 18: et Helmoldus, in Chronico Sclavorum,
cap. LVI (LVII).

Otto Frisingensis, *Libr. VII Chron. cap. 26, p. 145*: Con-
radus Rex Saxoniam ingressus, data in uxorem uidua Ducis HENRICI,
LOTHARII Imperatoris filia, fratri suo, HENRICO, Marchioni (Au-
striae), pacem cum Saxonibus fecit, eidemque Marchioni Noricum Du-
catum, quem consilio Matris, Ducis HENRICI filius (Henricus Leo)
iam abdicauerat, concessit. Conf. Conradus Urspergensis, in uita
Conradi III, p. 214.

Hafelbachius, in *Chronico Austriaco*, apud Pezium, p. 705: Se-
cundus Leopoldi filius, HENRICVS, dictus Iochsamergott, primus Dux
Austriae. -- . Fuit etiam Dux Bauariae, et duas uxores habuit:
GERTRVDEM, filiam LOTHARII Caesaris, Ducis Saxoniae, reliquam
HENRICI Superbi, Ducis Saxoniae et Bauariae; quae in partu obiit.
Secunda uxor eius, Theodora, Emanuelis Caesaris Graecorum neptis, etc.
Conf. Chronicon Mellicense, ad A. 1142.

Chronicon S. Pantalionis, apud Eccardum, pag. 93 I, ad A. 1143:
Domina GERTRVD, praedita Duxrix, coniux HENRICI fratris Regis,
ob difficultatem partus, diem clausit supremum, et apud patrem, ac ma-
trem, et priorem coniugem suam, HENRICVM, cum moerore totius Saxo-
niae, sepelitur in Lutheron. Conf. Chronographus Saxo, ad eun-
dem annum.

Sed, cum plura scriptorum loca hae chartae non capiant, hic desino,
et ad extremum GENEROSISSIMVM huius opidi Dominum PRAEFE-
CTVM, PATRESQUE ACADEMIAE VENERANDOS, item et CIVES generis
et doctrinae nobilitate florentissimos, ea, qua par est, humanitate
rogo oroque, ut crastino die, hora quidem prima a meridie, orationi
Academicae interesse ne grauentur. Surget enim iuuenis Pereximius
et a morum probitate singularique industria iure meritoque com-
mendandus, Dn. IOHANNES HENRICVS DRÜMEL, Norimbergensis,
diuinarum et humaniorum literarum cultor solertissimus, qui de
NORIMBERGA ante haec sex saecula a LOTHARIO Imperatore Impe-
rio rursus uindicata, disseret, pro salute et perenni felicitate PATRIAE
simul pia uota nuncupaturus. Equidem hoc argumentum, pro ea,
qua pollet, carminis pangendi facultate, etiam uersibus Germanicis
expresserat Drümelius; sed maluit id oratione Latina, eaque pro-
sa, reddidit nunc recitare. Ceterum DEVM IMMORTALEM precamur,
ut INCLVTAE REIP. NORIMBERGENSI, ueritatis coelestis et bonarum
artium altrici benignissimae, felicitatem perpetuam impertiatur.

R, R, XVIII NOV, A, R, S, CIOCCXXVII.

E

c) d)

Henricus Pinguonradi, Co-
Northheimensis. l)
chio Frisiae. †
d) b) l) o) Arnberg.

Vxor, Gertrudis
berti I, Mari
xoniae et I

†. 1117. b) o
(De aliis Gerfor I) Ge-
ptiis alii agudeuici,
variae. k)

Ethelinda, Vxor 1) VVcl-
phi, Ducis Bavariae. l) p)
2) Hermanni de Caverla,
Comitis VVestphali. d) l)
ex hoc:

Filia Anonyma,
abduca ab ho-
mine ignobili. d)

Otto. Henricus. Hermannus. l)
Comites de Rauensberg. d)

Otto,
Comes Visur-
ganus. b)

RICHEZI

†. 1141

Vxor Lilia IV, Cunigunda,
THARlor Viperti III, Comitis
Imperato Groizensis, f)
d) b) i) l)

Gertrudis, †. 11
Vxor 1) Henrici

Ducis

Saxonhradum,
hocensem et Mar-

2) Henrici septentrional.
gott c) f) m) q)
Ducis

Bernhardum,
Comitem Plocensem,
†. 1147. f) m) q)

2. Henricus Leo,
uariae, †. 11

STEMMA
RICHENZAE AVGVSTAE
 VXORIS LOTHARII IMPERATORIS.

Sigfridus I, Comes de Northeim. †. 1002. b) c)
 Vxor 1) Mechtildis, Comitissa. b) 2) Ethelind, Comitissa. c)

Sigfridus II, Comes Northheimf. b) c) Benno, Comes Northheimf. b) c)
 Vxor, Ellica, Comitissa. b)

Otto, Magnus, Dux Bauariae, et Comes Northheimf. et Boemmerburgenf. †. 1083. a) b) c) d)
 Vxor, Richenza, uida Hermanni, filii Rudolphi, Comitis VVerlenf. ex VVestphalia. b) l)

Henricus Pinguis, Comes Northheimf. et Marchio Friae. †. 1101. a) d) b) l) o)

Vxor, Gertrudis, filia Ecberti I, Marchionis Saxoniae et Thuringiae. †. 1117. b) o)
 (De aliis Gertrudis nuptiis alii agunt.)

Cuno, Comes de Beichlingen. †. 1103. a) d) f) g) l)
 Vxor, Cunigunda, filia Ottonis, Comitis Orlamundani, et Adelae, filiae Lamberti, Comitis Louanienf. Antebac nupta Regi Rufforum; posthaec autem tertio marito, Viperio II, Comiti Groizenf. et Lejnienf. etc. c) f) ex Canone :

Sigfridus III, Comes de Boemmerburg. †. 1123. a) d) l)

Sigfridus IV, Comes de Boemmerburg. †. 1144. a) d) n)

Ida, uel Itha, Vxor Thimonis, Comitis e tribu Buzici, etc. k) l)

Filia Anonyma, Vxor Conradi, Comitis de Arnberg. d) l)

Fridericus, Comes de Arnberg. †. 1124. d) l)

Ethelinda, Vxor 1) VVelphi, Ducis Bauariae. l) p) 2) Hermanni de Caveria, Comitis VVestphali. d) l) ex hoc :

Filia Anonyma, abduca ab homine ignobil. d)

Otto, Henricus, Hermannus, l) Comites de Rauensberg. d)

Conradus III, Com. VVetm. et Marchio Misniae. †. 1156. d) k) l)

Dedo V. †. 1124. Vxor, Bertha, filia Viperti II, Com. Groiz. k) l)

Mathildis, Vxor 1) Geronis, 2) Ludeuici, Comitem Bauariae. k)

Otto, Comes Ffurganus. b)

RICHENZA, Gertrudis, †. 1141. Vxor Comitis Palatinid THARII, Rhenuu. Imperatoris. b) l) o) d) h) i) l) o)

Gertrudis, †. 1143. b) l) r) Vxor 1) Henrici Magnanimi, Ducis Bauariae et Saxoniae. †. 1139. b) i) r)

2) Henrici, Iochsamergott cognominati, Ducis Austr. r)

3) Henricus Leo, Dux Bauariae. †. 1193. r)

Filia I, Vxor Henrici, Comitis de Zutphania. f)

Filia II, Vxor VVilhelmi, Comitis de Liclenburg. f)

Filia III, Adela, Vxor 1) Thiederici de Kattelenburg. f) m) 2) Hilperici, Comitis de Ploezke. †. 1118. f) m) q) ex quo peperit :

Filia IV, Cunigunda, Vxor Viperti III, Comitis Groizenf. f)

Irmgardem, Abbatissam Hechingensem. q)

Mechtildem, Comitissam. q)

Conradum, Comitem Ploccensem et Marchionem Septentrional. †. 1133. f) m) q)

Bernhardum, Comitem Ploccensem. †. 1147. f) m) q)

STATUS RICHTE

STATUS RICHTE

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut

Statut



Nu 907. 8^v

X 2284906

ULB Halle

3


005 391 881



h. 5.







13.

LECTOREM BENEVOLVM
AD
AVDIENDAM ORATIONEM
DE
NORIMBERGA
A
LOTHARIO IMPERATORE
ANTE HOS SEXCENTOS ANNOS
IMPERIO VINDICATA
RITE INVITAT
ET
HIS SCHEDIS
STEMMA
RICHENZAE AVGVSTAE
VXORIS LOTHARII IMP.

PROPONIT
CHRISTIANVS GOTLIB. SCHVVARZIVS
COM. PAL. CAES. PROF. PVBL. ET H. T.
RECTOR HVIVS ACADEMIAE.

ALTORFII
TYPIS IODOCI GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.
(N. XVI.)